



Bavariae Sanctae Volvmen ...

Rader, Matthäus

Monachii, M.DC.XXIV.

B. Adelindis Antistita Bvchoviana.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-79699](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-79699)

B. ADELINDIS

ANTISTITA BVCHOVIANA.

Sub annum Christi
1000. eoque, am-
plius, Carolo M. im-
perante. XXVII.
Augusti.



Delindis ex nobilissimis Sueuiæ & Bauariæ principum familijs nata, patrem habuit Hildebrandum focerum Caroli M. cuius filiam Hiltegardem duxit imperator, matrem Regardam Boiorum principem Andecensem, uti modo in Hiltegarde sorore docui. Bruchius in Buchouiano Parthenone hæc de Adelinde tradit: Hatto siue Otto Comes Calderiensis ex ephēbis egressus strenuus ac egregie exercitatus juvenis, Dominus opulentus ac potens, qui vicinis etiam principibus prudentia sua & consilio proderat sæpe, potentissimi Sueuorum ducis Hildebrandi & domine Regardæ Bauarorum ducissæ nobilem ac illustrem filiam dominam Adelindam in arce Andechs natam, sororem Hiltegardis reginæ (quæ Carolo M. desponsata fuerat) uxorem duxit; quæ quatuor ei filios peperit egregios juvenes, comites Kesselburgenses Beringerum, Reginolphum, Gerardum, Hattonem. Accidit vero ut lustris aliquot labentibus irruerent in Germanias Hunni, effera ac omnino barbara gens, minitans Germaniæ extrema omnia. Ibi admoniti à Carolo M. Germaniæ principes prodeunt obuij Hunnis. Commissum est autem ingenis prælium prope Biberacum, in quo Vithoiste comes Tragendinus & Calderiensis cum tribus filijs Beringero, Reginardo & Gerardo inter ceteros fortiter pro defensione patriæ occubuit. Locus ipse in quo pugnatum est postea vallis planctus à planctu domine Adelindis & accolarum (qui suos ibi amiserant charos) cognominatus est, quem hodie adhuc corrupta voce planchinam valem accolæ appellant. Atto vel Otto quartus filius Comitis Ottonis & domine Adelindis religioni deditus ac diaconus factus, paulo post merore animi contabuit. Fusi vero Hunni & ex Germania virtute Caroli M. eiectis domina Adelinda trucidata mariti ac filiorum corpora collegit, & in sempiternam eorum memoriam Buechouienſe Monialiū Augustinianæ primum professionis cænobiū fundauit, in cuius templum cum filijs honorifice sepeliri fecit. Ipsa postea tadio vel odio vite redditis Deo omnibus bonis, possessionibus & facultatibus suis, mundo in uniuersum valedicens, prima sui cænobijs facta est gubernatrix, in quo mortua tandem honorifico mausoleo terra parenti reddita est. Annumeratur Diuorum Catalogo propter insignem vite ac morum innocentiam. Festum eius celebratur in die S. Augustini hoc est XXVII. Augusti. Ea die solet in eius memoriam domina abbatissa distribuere per suas virgines comitissas ac Baronissas omnis generis aduenientibus & accurrentibus ex tota circumiacente regiuncula, cum suis tum etiam peregrinis & exteris, summo & infimo loco natis hominibus panes

dine

B. ADELINDIS ANTISTITA.



O gemino felix Adelindis honore triumphi,
 Seu sociata viro, seu viduata toro.
 Illustres peperit cuius sociale dynastias,
 Cui sacra virginum vola dedere chorum.


Quos fastiditis, quos vendunt socula sumis,
 Gaudia divinis fontibus hausta bibit,
 Porrexitque suis antistita sancta, clientes
 Quas pia vita magis, quam pia dicta trahunt.

dine

III

DE J. ADELINDE

WADLINDO ANTIQVITA



diuæ Adelindis Fundatricis filigineos: quod fieri solet insigni pompa, cuius ego etiam
 spectator fui anno CIOXLVIII. cum distribuerentur panes quater mille.
 Hæc Bruschi. Munsterus de eadem: Sciendum quoque Hilt-
 gardi fuisse sororem nomine Adelindin, quam duxit uxorem Otto
 comes de Kesselberg, cuius habitatio fuit in Blankenthal prope
 Biberach. Quæ Adelindis post sui mariti mortem, fundauit mo-
 nasterium Buechau, quod situm est juxta Buchamensem lacum
 non procul à Biberaco, in quod recipiuntur tantum puellæ
 Comitissæ & Liberæ, possuntque pro voluntate
 egredi & ducere maritos.

Hæc Münsterus.

